

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iustini Historiae Philippicae

Iustinus, Marcus Iunianus

Lipsiae, 1830

Liber XXIII

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5322)

LIBER XXIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Agathoclis in Italiam expeditio adversus Bruttios: quorum origo potentia paucis perstringitur.
2. Agathocles, vi morbi expugnatus, revertitur in Siciliam: ubi turbæ domesticæ, quæ uxorem et liberos Agathoclis in Aegyptum pellunt. Agathoclis obitus.
3. Pyrrhi Epirotæ bella et res gestæ quum in Sicilia, tum in Italia.
4. Hieronis, Siciliae principis laudatissimi, dignitas et virtus.

CAPUT I.

- 1 **A**GATHOCLES, rex Siciliae, pacificatus cum Carthaginiensibus, partem civitatum a se fiducia virium dissidentium armis subegit. Dein quasi angustis insulae terminis clauderetur, cuius imperii partem primis incrementis ne speraverat quidem, in Italiam transcendit, exemplum Dionysii secutus, qui multas civitates Italiae subegerat.
- 3 Primi igitur hostes illi Bruttii fuere, qui et fortissimi tum, et opulentissimi videbantur, simul et ad iniurias vicinorum
- 4 prompti. Nam multas civitates Graeci nominis Italia ex-
- 5 pulerant: auctores quoque suos Lucanos bello vicerant,
- 6 et pacem cum his aequis legibus fecerant. Tanta feritas
- 7 animorum erat, ut nec origini suae parcerent. Namque
- 8 Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus et Spartani,
- 8 instituere soliti erant. Quippe ab initio pubertatis in sil-
- vis inter pastores habebantur, sine ministerio servili, sine
- veste, quam induerent, vel cui incubarent; ut a primis
- annis duritiae parcimoniaeque, sine ullo usu urbis, assue-
- 9 scerent. Cibus his praeda venatica, potus aut lactis, aut
- fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos induraban-
- 10 tur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris

finitimorum praedari soliti, confluyente deinde multitudine, sollicitati praeda, quum plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis socio-¹¹rum Dionysius, Siciliae tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat: quorum castellum, proditum¹²sibi per Bruttiam mulierem, expugnaverunt; ibique civitatem, concurrentibus ad opinionem novae urbis pastoribus, statuerunt, *Bruttiosque* se ex nomine mulieris vocaverunt. Primum illis cum *Lucanis*, originis suae aucto-¹³ribus, bellum fuit: qua victoria erecti, quum pacem ae-¹⁴quo iure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt, tantasque opes brevi consecuti sunt, ut perniciosi etiam regibus haberentur. Denique Alexander, rex Epiri, quum¹⁵in auxilium Graecarum civitatum cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis incensa, diu terri-¹⁶bilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles,¹⁷spe ampliandi regni, a Sicilia in Italiam traiecit.

CAP. II. Principio adventus eius opinione concussi 1

Lib. XXIII.

CAP. I. §. 14. *qua victoria*. Die Herausgeber haben *qua* hier missverstanden und nach einer Handschrift *cuius* aufgenommen. Noch wunderlicher wollte Scheffer dafür *quo d. i. in quo bello*, lesen. Ich habe schon zu XX, 3, 9 bemerkt, dass das Pronomen, wenn es sich auf etwas im vorhergehenden Satze bezieht, und ein ebenfalls sich dahin beziehendes Substantiv bei sich hat, häufig sich an dieses in seiner Form anschliesse. Wir bedienen uns statt dieser eleganten Kürze des schwerfälligen Ausdrucks durch Präpositionen oder Adverbien. Das Pronomen kann sich nun entweder auf das vorhergehende *Lucanis* oder auf *bellum* beziehen; beides erlaubt der Sprachgebrauch; und kann demnach entweder durch *et eorum victoria* oder *et eius victoria* aufgelöst werden; denn man sagt sowohl *victoria alicuius* statt *de aliquo*, welches namentlich bei Iustin oft vorkommt; siehe die Anmerk. zu V, 4, 17; als auch *victoria belli* statt *in bello*, wie XI, 11, 10: *victoriam omnium bellorum*. Vergl. XXII, 2, 5: *Hamilcarem exorat, ut inter se et Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum officia sua promittens*. Qua spe impletus *Hamilcar societatem cum eo metu potentiae eius iungit*; vergl. XXIII, 2, 5. *Cic. de Fin. V, 15, 41: Quum autem dispicere coeperimus et sentire, quid simus et quid animantibus ceteris differamus, tum ea sequi incipimus, ad quae nati sumus. Quam similitudinem videmus in bestiis.*

legatos ad eum, societatem amicitiamque petentes, miserunt. Quos Agathocles ad coenam invitatos, ne exercitum trañci viderent, in posterum statuta his die, conscensa nave frustratus est. Sed fraudis haud laetus eventus fuit: siquidem reverti eum in Siciliam, interiectis paucis diebus, vis morbi coëgit; quo toto corpore comprehensus, per omnes nervos articulosque humore pestifero grassante, velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque eius, regnum iam quasi mortui vindicantibus, oritur, occisoque filio, regnum nepos occupavit. Igitur Agathocles, quum morbi cura et aegritudo graviores essent, et inter se alterum alterius malo cresceret, desperatis rebus, uxorem suam Texenam, genitosque ex ea duos parvulos, cum omni pecunia, et familia, regalique instrumento, quo praeter illum nemo regum ditior fuit, navibus impositos, Aegyptum, unde uxorem acceperat, remittit; timens, ne praedonem regni sui hostem paterentur. Quamquam uxor diu, ne ab aegro divelleretur, deprecata est, ne discensus suus adiungi nepotis parricidio posset, et tam cruenta haec deseruisse virum, quam ille 8 impugnasse avum videretur: *Nubendo se non prosperae tantum, sed omnis fortunae inisse societatem: nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet, et exsequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debita*

CAP. II. §. 5. *vindicantibus*. Einzelne alte Ausgaben zeigen die voreilig verbessernde Hand, indem sie *vindicantes* lesen, welches die Herausgeber mit Unrecht aufgenommen haben. S. die *Anmerk.* II, 3, 16.

§. 6. *morbi cura et aegritudo*. Man hat diese Stelle auf mannichfache Weise zu ändern gesucht. *Freinsheim* wollte *morbo* ändern; *Fr. Gronov* aber: *quum morbus cura et aegritudine ingravesceret*. Noch weiter in seiner Interpolation ging *Scheffer*, indem er gar *orbi* schreiben wollte. Mir scheint jede Aenderung unnöthig, und die Stellen einen richtigen Sinn zu geben; Zwei Uebel, will *Iustin* sagen, beugten den Agathocles nieder, die Krankheit des Körpers und die Bekümmerniss der Seele. Die Besorgniss hinsichts der Krankheit und die Bekümmerniss des Agathocles wurden immer grösser, und ein Uebel wuchs immer durch das andere.

pietatis impleret. Discedentes parvuli flebili ululatu 9
 amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum
 non amplius visura osculis fatigabat. Nec minus senis la-
 crimae miserabiles erant. Flebant hi morientem patrem; 10
 ille exsules liberos: hi discessu suo solitudinem patris,
 aegri senis; ille in spem regni susceptos relinqui in ege-
 state lugebat. Inter haec regia omnis assistentium fletibus 11
 tam crudelis discidii impleta resonabat. Tandem finem 12
 lacrimis necessitas profectionis imposuit, et mors regis
 proficiscentes filios insecuta est. Dum haec aguntur, Car- 13
 thaginienses, cognitis quae in Sicilia agebantur, occasio-
 nem totius insulae occupandae datam sibi existimantes,
 magnis viribus eo traiciunt, multasque civitates subigunt.

CAP. III. Eo tempore et Pyrrhus adversus Romanos 1
 bellum gerebat: qui imploratus a Siculis in auxilium, sic 2
 uti dictum est, quum Syracusas venisset, multasque civi-
 tates subegisset, rex Siciliae, sicut Epiri, appellatur.
 Quarum rerum felicitate laetus, Heleno filio Siciliae, velut 3
 avitum, (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat,) 4
 Alexandro autem Italiae regnum destinat. Post haec 4
 multa secunda proelia cum Carthaginiensibus facit. Inter- 5
 iecto deinde tempore legati ab Italicis sociis venire, nun-
 tiantes, *Romanis resisti non posse, deditionemque futu-*
ram, nisi subveniat. Anxius tam ambiguo periculo, in- 6
 certusque, quid ageret, vel quibus primum subveniret,
 in utrumque pronus consultabat. Quippe instantibus hinc 7

§. 10. *Flebant hi — ille.* Hic auf das Entferntere, *ille* auf das Nä-
 here bezogen. S. die Anmerk. zu XXII, 3, 3.

§. 11. *crudelis discidii.* Nicht *dissidii*, wie einige alte Ausgaben
 lesen. Der Unterschied beider Wörter ist von Gronov zu Liv. XXV,
 18, 5 weitläufig auseinander gesetzt worden. *Discidium* wird von kör-
 perlicher und örtlicher Trennung; *dissidium* von geistiger Trennung
 gebraucht. Daher *discidium* soviel, als *discessus*; auch von der Ehe-
 scheidung, gleich *divortium*. *Dissidium* est dissensus animorum, *disci-*
dium disiunctio, quae fit corpore, loco. Dagegen *dissidium* soviel als
discordia, *dissensio*. Die Trennung der Texena vom Agathocles war
 also kein *dissidium*, sondern ein *discidium*; denn die Trennung ge-
 schah, wie Gronov zu Liv. l. l. sagt, *integra concordia et pietate coniu-*
gali. Vergl. Oudendorp zu Appulei. Met. p. 735.

Carthaginiensibus, inde Romanis, periculosum videbatur, exercitum in Italiam non trahere: periculosius, a Sicilia deducere; ne aut illi non lata ope, aut hi deserti 8 amitterentur. In hoc aestu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est, omnibus viribus decernere in Sicilia, et profligatis Carthaginiensibus, victorem exercitum 9 transponere in Italiam. Itaque conserto proelio, quum superior fuisset, quoniam tamen a Sicilia abiret, pro victo 10 fugere visus est: ac propterea socii ab eo defecerunt; et imperium Siciliae tam cito amisit, quam facile quaesierat. 11 Sed nec in Italia meliore felicitate usus in Epirum revertitur. Admirabilis utriusque rei casus in exemplum fuit. 12 Nam sicut ante secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italiae Siciliaeque imperium, et tot de Romanis victorias adstruxerat: ita nunc adversa, velut in ostentatio-

CAP. III. §. 8. *In hoc aestu periculorum.* S. die Anmerk. zu XI, 13, 3.

§. 9. *quoniam — abiret.* Auch hier steht *quoniam* mit dem Coniunctiv, weil dieser Satz nicht als eine Relation des Geschichtschreibers zu betrachten, sondern auf die Gedanken der Leute überzutragen ist, welche den Pyrrhus als einen Besiegten ansahen. S. die Anmerk. zu XVII, 3, 10: *quoniam pupillus et uncus ex gente nobili superesset.*

pro victo. I. e. *tangam, ut victus.* So steht *pro* oft. XXIV, 7, 5: *pro victoribus vagabantur.* Liv. II, 7, 3: *Ita certe inde abire Romanum ut victores, Etrusci pro victis.* VIII, 1, 5: *nocte pro victis Antium agmine trepido, sauciis ac parte impedimentorum relictis, abierunt.* Caes. B. G. III, 18: *Qui ubi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit.* Corn. Nep. Dat. 6, 4: *suo iussu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hostes.* Vergl. Justin. XI, 11, 11. XVIII, 6, 8. XX, 4, 18. VII, 3, 1. Und so wird *pro* häufig gebraucht in den Redensarten *habere pro hoste, socio, amico, pro certo, manifesto etc.* S. Drakenb. zu Liv. VIII, 1, 5 und Corte zu Sall. Jug. 98, 6.

§. 12. *adstruxerat.* I. e. *superaddiderat.* Der Ausdruck wird eigentlich von der Vergrößerung, Erweiterung eines Bau's gebraucht, wie bei Colum. I, 5: *novum veteri aedificio adstruere.* Dann im figürlichen Sinn von jeder Hinzufügung und Vergrößerung. Tacit. Agr. c. 44: *Consularibus ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud adstruere fortuna poterat?* Vellei. Pat. II, 55: *Victus a Caesare Pharnaces vix quidquam gloriae eius adstruxit.* Plin. Panegy. c. 74: *Nihil felicitati suae putat adstrui posse.* Epist. III, 2: *Itaque magni aestimo, dignitati eius aliquid adstruere.* Und so wird es nach den

nem fragilitatis humanae, destruens quae cumulaverat, Siciliensi ruinae naufragium maris, et foedam adversus Romanos pugnam, turpemque ab Italia discessum adiecit.

CAP. IV. Post profectionem a Sicilia Pyrrhi, magi- 1
gistratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, ut, 2
consentiente omnium civitatum favore, dux adversus Car-
thaginienses primum, mox rex crearetur. Huius futurae 3
maiestatis ipsa infantis educatio quasi praenuntia fuit:
quippe genitus erat patre Hierocle, nobili viro, cuius origo 4
a Gelone, antiquo Siciliae tyranno, manabat: sed mater- 5
num illi genus sordidum, atque adeo pudendum fuit. Nam 6
ex ancilla natus, ac propterea a patre, velut dehonestam-
entum generis, expositus erat. Sed parvulum, et hu- 7
manae opis egentem apes, congesto circa iacentem melle,
multis diebus aluere. Ob quam rem responso haruspicum 8
admonitus pater, qui *regnum infanti portendi* canebant,
parvulum recolligit, omnique studio ad spem maiestatis,
quae promittebatur, instituit. Eidem in ludo inter coae- 9
quales discenti lupus tabulam, in turba puerorum repente
conspectus, eripuit. Adolescenti quoque, prima bella 10
ineunti, aquila in clypeo, noctua in hasta consedit. Quod 11
ostentum et consilio cautum, et manu promptum, regem-
que futurum significabat. Denique adversus provocatores 12
saepe pugnavit, semperque victoriam reportavit: a Pyrrho 13
rege multis militaribus donis donatus est. Pulchritudo ei 14
corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles
fuere. In alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio 15
moderatus; prorsus ut nihil ei regium deesse, praeter re-
gnum, videretur.

neuern Angaben noch einmal gebraucht bei Justin. XXX, 1, 2: ad ne-
cem utriusque parentis caede etiam fratris adstructa. Vergl. Ouden-
dorp zu Appulei. Met. V, 92. p. 331. — Der Concinnität angemessener
und dem Folgenden entsprechender würde man lesen: *Italiae Siciliae-*
que imperio tot de Romanis victorias adstruxerat; auf welche
Vermuthung auch schon Burmann zu Ovid. Art. Am. II, 119 gefallen ist.

§. 11. manu promptum. Dafür sagt Corn. Nep. Dat. 1, 3. Liv.
XXXIX, 40, 6, manu fortis. S. die Anmerk. zu XXII, 2, 12.